



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XXIV. Praeceptum Ludovici pij de confirmatione privilegiorum Ecclesiae  
Viennensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

terea hoc sacratissimum non celebratur mysterium nisi in Pascha & Pentecosten, id est, in veneratione resurrectoris salvatoris & descendit super Apostolos Spiritus sancti. Et inde post lavacrum unguento linitus regio, hoc est, chrismate. Chrisma enim Graecè, sanctio Latine dicitur, ex cuius nomine Christus nominatur, inde Christiani. Nam sicut ex baptismo remissio peccatorum largitur, ita perunctionem sanctificatio sancti Spiritus adhibet: quia hoc antiqua tributus auctoritas ut de christinatate Reges & sacerdotes ungerentur ex quo Aaron à Moyse unctus est.

III. C A P. Cur catechumenus fit, & cuius lingue, & quid interpretatur.

R E S P. Catechumenus Graecè, auditor Latinè dicitur. Et ab hoc auditor nominatur dum de genititate per Dei ministracionem Verbi in corpus unitur Ecclesia, & genitilis dicitur quasi ita genitus, nec tunc illa est inibus doctrina. Propterea in sancta matris Ecclesie gremio catechumenus alter agit. Audit ac dicat antequam ad sacram accedat fontem mystica Christianæ religionis sacramenta. Et tunc dicit fidem sanctæ Trinitatis & symbolum & cetera quæ Christiani ammet catholica lex.

IV. C A P. De scrutinio ecclesiastico, cur scrutinium fit, & quo tempore, & quid est scrutinium.

R E S P. Scrutinium à scrutando dicitur, quia tunc scrutandi sunt catechumeni si rectam jam noviter fidem symboli eis traditam firmiter tenent.

*Defunt heic plurima.*

### X X I I I.

*Precaria Canonorum Viennensium in gratiam Silvij & Didane conjugum.*

An. 314.  
Ex chartu-  
lario Eccle-  
sie Vien-  
nensis.

A Mabilis & diligendos nobis Silvio & coniuge sua Didane, nos in Dei nomine congregatio sancti Mauricij Ecclesia Viennensis. Dum vestra fuit petitio, una & per consensum domino & seniora nostro Barnardo vocato Archiepiscopo, nostra & ipsius decrevit voluntas ut nos vobis aliquid de rebus Ecclesie sancti Mauricij, qui ad ipsa canonica pertinet, pro beneficio nostro concedere deberemus. quod ita & fecimus. Propterea concedimus vobis res illas quae bona memoria Orfus Archiepiscopus & Aldo Presbyter germanus suis per eorum epistolas ad ipsa casa Dei sancti Mauricij vel ad ipsa canonica Clericorum vii fuerunt concedere. Propterea concedimus vobis illas res quae sunt in pago Vellaus in loca nuncupantes in Turmaciaco & in Ficali & in Butzarolas & in Bataliaco. Et eisdem vobis illas res quae fuerunt de parte Aldone, quae sunt in pago Luggunenle, in cuſe cui vocabulum est in Doaciaco, qui per extromita cartarum ad ipsa casa Dei sancti Mauricij concessi fuerunt, ipsa vobis pro beneficio nostro ad usufructuario jure concedimus, id est, in ædificiis, casis, cataricis, hor-tis, arvis, vineis, pratis, pascuis, silvis, decimis, rivis, fontibus, arboribus pomiferis & im-pomiferis, aquis, aquarum decurribus, acel-sisque omnibus, omnia & ex omnibus in quibus

dici aut nominare potest, ipsas supra scriptas res vobis usufructuario jure concedimus, ita ut annis singulis à parte sancti Mauricij vel ad ipsam congregationem Clericorum ad festivitatem sancti Mauricij in argenteum solidos 111. date debetis, & dum ipso census dederitis, ipsas res in usufructuario jure, ut quicquid ibidem elaborate aut acquirere poteritis, hoc ad vestrum profectum haberi & dominare de beatis absque ulla dominatione, & hæc prefatoria nostra per quinquennium renoveretur stipulat, pro omni firmitate. Aëcum Vienna publice. Ego Iudranus Clericus hanc precaria ista scripsi die dominico in mente Maio in anno xxxiiii, regnante domino nostro Karolo Imperatore in anno xii, renovans Imperator, Indictione praefente. In Christi nomine Rotherus Presbyter, Valerius Presbyter, Martinus Subdiaconus.

*Erratum heic est in numeris. Aut enim legendum est anno xliv. regnante, aut anno ii. renovans. Huc autem magis inclinat animus ut certam annum regni conjugandam esse cum anno duodecimo imperii.*

### XXIV.

*Præceptum Ludovici p̄ij de confirmatione  
privilegiorum Ecclesie Viennensis.*

I N nomine Domini Dei & salvatoris nostri An. 314.  
Iesu Christi. Hludovicus divina ordinante Ex chancery  
providencia Imperator Augustus omnibus Episcopis, Patriarchis Ecclesie  
Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, Actionariis, Missis nostris dif-  
currentibus, vel cum eis fidelibus sancta Dei Ecclesie & nostris presentibus scilicet & futuris. Notum sit quia si facerorum ac servorum Dei  
petitionibus, quas nobis pro suis necessitatibus  
innoverint, ad effectum perducimus, non solū regiam confutundinem exercemus, verum etiam ad beatitudinem & retributionis mercedem  
talia nobis facta profutura confidimus. Proinde  
comperiat omnium fidelium nostrorum industria  
presentium scilicet & futurorum qualiter vir  
veneralis Bernardus Viennensis civitatis & sancti  
Mauricij martyris Ecclesia Præful veniens ad nos  
deutul nobis præceptiones Regum antecessorum  
nostrorum, in quibus invenimus insertum quo-  
modo ipsum fedem cum cellulis vel rebus ibidem  
alpientibus sub plenissima defensione & emuni-  
tatione habuissent. Petiti namque nobis  
pro firmatis studio ut circa ipsum sanctum locum  
cum pro mercede nostra augmentatione denso simili-  
lia concedere & confirmare deberemus. Cujus  
petitioni denegare noluius, sed redditia in om-  
nibus & praesentes & futuri fideles factæ Dei  
Ecclesia & nostri concessum atque perpetuo con-  
firmatum à nobis esse cognoscant. Infuper etiam  
placuit nobis ibidem cellulam sancti Symphoriani,  
olim exinde abstractam, cum omnibus rebus  
ibidem alpientibus reddere. Reddimus etiam  
ibi quandam villam quæ vocatur Fasiana, quam  
volumus ad susceptionem peregrinorum & ali-  
monia pauperum ibidem futuris proficeret tempo-

tibus, itadunraxat ut nullus eam exinde illo unquam tempore abstrahere aut in beneficio dare praesumatur, sed, sicut intulimus, ad necessitates indigentium procuratores hujus Ecclesie eam manere permittant. Concessimus etiam ibi quodam cellulas, unam que appellatur monasterium superius, aliam monasterium medium, constructas in honore sancti Andreae & sancti Nicociei vel aliorum sanctorum, quas volumus & nostris & futuris temporibus ad supplementum Canonorum ibidem Deo famulantium proficiere. Principentes ergo jubemus ut nullus judex publicus, neque quislibet ex judicaria potestate, nec aliquis ex fidelibus nostris, in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquias possessiones memoratae Ecclesie sancti Mauricii, quas moderno tempore iustificare & rationabiliter possidere videtur, in quibuslibet pagis & territoriis, quicquid ibidem propter divinum amorem conatus est, vel que nos munere largitatis nostrae in nostra elemosyna ibidem redditimus vel concessimus, quaque etiam deinceps in jure ipsius sancti loci voluerit divina pietas augeri, ad causas audiendas vel frena exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fiducijs tollendos, aut homines ejusdem Ecclesie tam ingenuos quam & servos qui super terram ipsius residere videntur iustis distingendos, nec ullas retributions aut illicitas occasiones requirendas, illo unquam tempore ingredi audeat vel exactare prælumat. Et quicquid de rebus præfata Ecclesie fiscus separata poterat, totum nos pro aeterna remuneracione prædictæ Ecclesie concedimus, ut perennius temporibus in elemosyna pauperum & stipendiis servorum Dei ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum, quatenus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis & conjugi proleque nostra & stabilitate totius imperii nostri à Deo nobis concessi arque conservandi jugiter Domini misericordiam exortare delectet. Et ut hac auctoritas nostris futurisque temporibus Dominio protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscriptimus & anuli nostri imprellione signari iussimus.

Signum Hludovici serenissimi Imperatoris.  
Hlafachar recognovi.  
Data XIV. Kal. Februario anno primo Christo  
proprio imperii nostri, Indictione VII.  
Actum Aquisgranii palatio in Dei nomine felicitate. Amen.

## XXV.

*Præceptum Ludovici Pij Imperatoris pro quodam Ioanne.*

An. 815.  
Ex chartu-  
ario Ar-  
chepiscopi  
Narbo-  
niae.

**I**N nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie & nostris præsentibus scilicet & futuris. Qualiter quidam homo fidelis noster, nomine Iohannes, veniens in nostris præfencia, quæ in manus nostris se commendavit, & petivit nobis sua apriſione quicquid genitor noster ei concesserat ac nos, & quicquid ille oc-

cupatum habebat, aut apriſione fecerat, vel deinceps occupare aut prendre potebat, five filij sui, cum homines eorum, & ostendit nobis exinde auctoritate quod genitor noster ei fecit. Non vero alia ei facere iussimus, five melioravimus. Et concedimus eidem fidei nostro Iohanne in pago Narbonense villare Fentes, & villari Cello Carbones, cum illorum terminos & pertinencias, cultus & incultus, ab integræ, & quantum ille in villa Fontejoncofa, vel in his terminos, five in aliis locis vel villis five villares occupavit, five apriſionem fecit una cum suis hominibus, vel deinceps facere poterit, tam ille quam filii sui, omnia per nostrum donitum habeant ille & filii sui, & posteritas illorum, ab quo ullum censum vel aliquam inquietudine. Et nullus Comes, nec Vicarius, nec juniores eorum, nec ullus judex publicus illorum homines, qui super illorum apriſionem habitant aut in illorum proprio, distingere nec judgeat præsumant, sed Iohannes & filii sui, & posteritas illorum, illi eos judicent & distingant. Et quicquid per legem judicaverint, stabilis permaneat. Et si extra legem fecerint, per legem emendent. Et hac auctoritas nostra firmis permaneat dum ille & filii sui & posteritas illorum ad nos & ad filios nostros aut ad posteritate illorum fideles extiterint. Et ut credatis, de anulo nostro imprellione signari iussimus. Durandus Diaconus ad vicem Hlafachar recognovit. Data Kal. Ianuarias anno Christo proprio primo imperii Domini Hludovici pifissimi Augusti, Indictione VIII. Actum Aquisgranii palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

## XXVI.

*Privilegium Ludovici Imperatoris Augusti,*  
*quod liceat fratribus monasterij Miciacensis*  
*habere tres naves per Ligerim five*  
*per cetera flumina.*

**I**N nomine Domini Dei & salvatoris nostri Iesu Christi, Hludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus Episcopis, Abbatis, Ducibus, Comitibus, vel Vicedominis, Vicariis, Centenariis, Telonariis, Actionariis, & omnibus tempublicam procurantibus, præsentibus scilicet & futuris. Notum sit quia Dutrendus Abbas ex monasterio sancti Maximini Miciacensis & omnis ejus congregatio petierunt celitudoinem nostram ut licentiam haberent, ad eorum supplandas necessitates, tres naves per Ligerim, Catum, Vincenam, Sartam, Meduanam, Tauruncum, seu Lidum, Hyllarium, five per cetera flumina pro quibuslibet præfati monasterij necessitatibus discurrunt, necnon & de carris, fauariis, navigiis, seu de omni commercio, undecimque fiscus teloneum exigere poterat. Cujus precibus ob amorem Dei & venerationem ipsius sancti annuere & hoc nostræ auctoritatis præceptum firmitatis gratia erga ipsum monasterium pro metcedis nostræ augmentatione, sicut petierunt, concessimus. Idcirco hoc præceptum nostrum fieri iussimus, per quod jubemus atque præcipimus ut nemo fidelium nostrorum, nec